

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann Gerhard Hermann Uphoff

**Disputatio Theologica Anniversaria Exhibens Brevissimam Resolutionem Sex
Problematum ex cap. 3. Gen. desumptorum**

Rostochii: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737677015>

Druck Freier  Zugang



Karl.: J. H. Uphoff

F. Cöthmann.

R. U. theol. 1627.

44. 6

Disputatio Theologica
ANNIVERSARIA
EXHIBENS
BREVISSIMAM RE-
SOLUTIONEM SEX PRO-
blematum ex cap. 3. Gen.
desumptorum.

de quibus

AUSPICIO JEHOVÆ

PRAESIDE

JOHANNE COTHMANNO
S. S. Theol. Licent. & Professore publico,

RESPONDEBIT

GERHARDUS HERMANNUS UPHOFF
Unnâ - Westph.

*Addicm I. Septembris in Auditorio Majori
boris antemeridianis.*

ROSTOCHII

*Excusum in JOACHIMI PEDANI Typographia.
Anno M. DC. XXVII.*

1627.

VIRIS
*Magnificis, Amplissimis, Consultissimis, pietate,
prudentia, Doctrinâ & multiplici rerum usu
præcellentiissimis,*
DOMINIS CONSULIBUS
&
DOMINIS SENATORIBUS
*Laudatissimæ Reipublicæ UNNENSIS meri-
tissimis, dignissimis*
**Patriæ Patribus Eminentif-
simis**

Dnn, Favitoribus meis perpetim honorandis,

*In observantiae πεμπτελον, &
commendationis ὁρμητελον*

*Publicum hoc Gymnasma
Theologicum*

D. I. C. O.

Gerhardus - Hermannus Uphoff
S.S. Thol. Studios.





Eccles. 7. v. 30.

מְצָאֵת אֲשֶׁר עִשּׂוֹת הָאֱלֹהִים
אַתְּ הָאָרֶם יִשְׂרָאֵל וְחַפּוֹת בְּקַשְׁוֹ
חַבּוֹנוֹת רַבּוֹת

Entes verae & salvifice Dei agnitionis vacue, malorum causas genuinas ac veras ignorantes, nonnullae fatali omnia contingere necessitate arbitrata sunt. Quedam cuncta temere, contingenter & casu fieri sinixerunt. Aliæ prædœg commente sunt. Nos Christiani, verbo Jēbōe instituti, omnium malorum causas diabolo instiganti ac sollicitanti, mundo seducenti, carni perversæ ac nobismetipsis astipulantibus, cum scripturâ tribuimus; omne enim, quod est in mundo, veluti concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus vite, non est ex patre, sed ex mundo, I. Joh. 2. v. 16. Qua de re ac consimilibus materijs, ut ulteriorem veritatis cognoscendæ gratia ex scripturis differendi campum habere queamus, quæstiones nonnullas, è textus visceribus cap. 3. Gen. desumptas, aspirante divino favore, brevissimè ventilabimus. Hac autem disputatione initium faciemus. Sit ergo

Quæstio I.

An protoplasti nostri à serpente merè physico seu naturali; num verò à Diabolo, serpente infernali, decepti sint?

Celebris ille antiquitatum Judaicarum scriptor, Josephus historiæ sua lib. I. cap. 2. protolastorum nostrorum A 2

rum lapsum recensens, ita stylum format, quasi à serpente naturali ac merè physico Adam & Eva, ut fructu vetito vescuntur, sint persuasi. At, si scripturam, qua non est idicē Θκιλύσεως, contulerimus, verum equidem serpentem à Mōse introduci deprehendimus; id enim historia Mosaica manifesto indicat: merum autem & nudum seu physicum solum fuisse serpentem, ut Iosephus censem, est scripture contrarium.

2. Et quamvis in V. T. libris Canonicis, id totidem syllabis non dicatur; constat tamen ex libro Sap. c. 2. v. 23. tune temporis receptam esse veram scripturis consonam sententiam; Diaboli scil. invidiā mortem introijisse in mundum. In N. T. ubi clarior lux est, clarius quoq; id innuitur, quando Diabolus ab ipso Christo, ob hanc seductionem, Joh. 8. v. 44. homicida dicitur, & quidem ἀπὸ ἀρχῆς. Et in specie serpens antiquus, seducens terrarum orbem Apoc. 12. v. 9. c. 20. v. 2. appellatur. Conf. Luc. 10. v. 19. Jam verò vix solida dari potest ratio, cur bic titulus Diabolo ita conjunctim detur. Appellationes quidam ferarum, ob similes qualitates, Diabolo in scripturis tributas legimus. Quemadmodum scripture mos est, ferarum nomine homines nonnullos ob similes affectiones appellare conf. Psal. 17. v. 12. Psal. 22. v. 22. Psal. 56. v. 5. Ezech. 19. v. 2. Nah. 2. v. 11. Matth. 3. v. 7. 2. Tim. 4. v. 17. verum ullibi nomenclaturam antiqui ipsi assignari, non additā voce serpentis, vix scripture tabulis probari posse statuo. Infero ergo attributum hoc, respicere tragædiam illam antiquā, in borto paradisi, totius humani generis pernicie actam, qua Diabolus felicitatis humane invidiā impulsus, corpus serpentis; utpote animalis callidiissimi, proindeq; suo instituto aptissimi, invasit. Arguit id, præter modo dicta serpens loquela, que, sicuti & ratio utpote imaginis divina (qua serpens

serpens deſtituitur) nota, ſerpenti nudo & naturali, natura-
liter minimè competit.

3. Inquis: Moſes absolute שָׂרֵךְ idq, non ſemel ſed al-
iquoties, appellat. שָׂרֵךְ autem, ſicut concordantia, ut & vi-
vocis Grammatica docent, ſerpentem non Diabolum notat.
Accedit, quod Apostolus, 2. Cor. II. v. 3. Evam à ſerpente,
deceptam dicat: Diaboli autem nullam mentionem faciat.
Reſp. i. in genere effectum proprium arguere cauam propriam.
Jam autem teſte scripturā ſacram, mentiri ac decipere homi-
nem, ut πεντελένιον, eſt effectus proprius Satanae. vide I.
Reg. 22. v. 20. 21. 22. Joh. 8. v. 44. Matth. 13. vers. 28.
Act. 5. v. 3. I. Cpr. 7. v. 5. 2. Cor. 2. v. II. cap. 4. vers. 4.
I. Thess. 3. v. 5. E. &c. 2. in ſpecie, diſtinguendo ſerpentem
nudum & à Diabolo obſeffum, onuſtum atq; occupatum. Mo-
ſes, ut & Apostolus mentionem faciunt ſerpentis; At non nu-
diſeuſoliuſ, ſed ſerpentis quo Diabolus ad hominem decipien-
dum, abuſuſe eſt. Primaria ergo ſeductionis cauſa fuit Dia-
bolus. organum verò ſerpens. Et quoniam instrumentum
ſeductionis extitit, inde maledictioni quoq; obnoxia fuit.
3. obſervandum quoq; ſcriptura ſacra hanc eſſe conſuetu-
dinem, rem prout forinſecus apparet, ſepenumerò deſcribere
vide Gen. 32. v. 24. Matth. 8. v. 12. Luc. 24. v. 4. Quia
ergo ſerpens ſolum apparebat, ille quidem nominatiuſ expri-
mitur; ita tamen ut Diabolum ſerpentem occupaſſe, ceu ho-
die in obſeſſis videmuſ, ac protoplastis imposuiſſe minimè ne-
getur.

QUÆSTIO II.

Anne Eva ſolum; an verò Adam ſimul
Diaboli ſuggeſtione deceptus ſit?

I. Bellar. lib. 3. de amiss. grat. & stat. peccat. cap. 7.

auctoritate duorum locorum I. Tim. 2. v. 14. 2. Cor. II. v. 3.
fretus, Adamum propriè loquendo non fuisse seductum, con-
cludit. verùm materiae hujus sedem penitus, àeu ὡς γει-
μαὶ introspicientes, nontantùm Eam, sed & Adamum
propriissimè ac verè seductum esse, diffiteri haut possumus.
versu 6. enim nostri capit is, non solum de Eva dicitur
comedit, de fructu scil. prohibito; sed & de Adamo afferitur
וְהִיא בָּרָךְ לִי יָאכֵל si jam queram, cur Eva seducta est? responsio alia non
succurrit, nisi quam textus suppeditat; videlicet quia contra
Dei mandatum arbore vetita vescitur. Hinc talis exsurgit
Major, in textu fundata, & ex ejus visceribus desumpta.
Qui contra Dei mandatum, ex fructu vetito comedit, ille
propriè deceptus esse affirmatur. v. II. At Adam, non sola-
Eva, contra Dei mandatum ex fructu vetito comedit. v. 12. 17.
E. &c. Deinde pœna presupponit culpam. Qui ergò propriè
seductionis sensit pœnas, qua specie propriè ac verè seductus
esse negaretur? Pœnas autem non soli Eva, sed & Adamo esse
inflictas, v. 17. 18. 19. arguunt. Rationibus his primarys,
auctoritates priscorum patrum accedunt. Quos sententiae
nostra adstipulari Bellarm. loco allegato negare non audet.
Quis apud eundem d. l. videri possunt.

2. Loca in concrarium adducta sententia nostra è scri-
pturâ & ipsâ sede probata, nil quicquam derogant, quod ut
facilius appareat diversi peccati primi considerandi sunt re-
spectus. Peccatum πεccάτωνάσων consideratur, vel respectu
cause primaria instigantis & persuadentis, & Diabolum, ser-
pentem occupantem habet auctorem, Gen. 3. v. 13. 2 Cor. II.
v. 3: vel respectu propagationis & traductionis, que patri
generanti, tanquam cause principaliter agenti, in scripturâ
asscribitur. vide Gen. 46. v. 26. Ex. I. v. 4. Quo sensu Apo-
stolus ait: peccatum per Unum hominem in mundum intro-
gressum.

esse Rom. 5. v. 12. Dici quidem posset indicari b. l. Unita-
tem naturae, speciei & conjugij. At quia Apostolus de peccati
propagatione agit, ac praverea Adamum primum & secun-
dum opponit, prior responsio rejici nequit. Hoc itaq; sensu
Adamum primario causam habet; ita tamen, ut Eva non pe-
nitus excludatur. vel respectu inchoationis & seductionis or-
dinis, sic Eva seducta dicitur non Adam. Et hoc sensu Syr.
c. 25. v. 33. dicit à muliere initium factum peccati. Quam
inchoationem & ordinem Apostolus in loco primo à Bellarm.
opposito, I. Tim. 2. v. 14. attendit. Unde ait: Adam prior
formatus est: deinde Eva. Et Adam non est seductus, repe-
tendum dñs & novis, scil. prius, sicuti creatus primum.
Quia ergo mulier, prius & immediate à Diabolo seducta
est, ita ut simul causa & promotrix seductionis viri fue-
rit, Gen. 3. v. 12. Ideo infert Apostolus: non debet docere
publicè & ordinariè in Ecclesiâ, & imprimis auctoritatem in
viros usurpare, minimè convenit. Hac ergo explicatione,
censente Bellarmino, non redditur infirmum ac debile argu-
mentum Apostoli; sed maximè stabilitur, ut consideranti, ci-
tra prejudicium textus viscera, clarum est.

3. Excipis, Eam fallendi intentionem Adamum non ha-
buisse. proinde Adamum ab Eva non esse seductum. Resp.
seductiones non semper, ex seducentis intentione & animo,
verum ex reipsâ estimari. vide I. Joh. 2. v. 16. c. 3. v. 7. 2.
Tim. 3. v. 13. alioquin nulli alios seducere possent nisi deci-
piendi intentionem haberent, quod tamen falsum esse ipsa ex-
perientia testatur. Locum alterum ex. 2. Cor. II. v. 3. de-
sumptum, quod concernit. Responderi potest, i. intelligen-
dum illum de primâ & immediatâ; tum & externâ Diabo-
licâ seductione. Serpens Diaboli organum, primum per exter-
num alloquium aggressus est Eam, utpote sexum imbecillio-

rem

rem. Inde verò, non nisi per inconsequentiam, Adamum seductum esse negatur. Negatio enim modi & ordinis, non tollit rem ipsam. Concesso itaq; alio modo & ordine Eam esse deceptam, quis tam ad prodigium usq; absurdus, Adami seductionem ea propter neget. 2. In textu non additur exclusiva, quod Eva tantum decepta sit. Ideo inclusivè textus, præser-tim si sedem hujus materie Gen. 3. contulerimus, explicandus. Ab inclusiva autem ad exclusivam non valet consequentia. vide Joh. 15. v. 26. Matth. 16. v. 19. Heb. 9. v. 28.

Quæstio III.

Quodnam primum omnium protoplastorum fuerit peccatum?

1. B. Luth, in comment. cap. 3. Gen. peccatum pri-mum censet fuisse incredulitatem, ita enim inquit. p. 47. fons omnium peccatorum est incredulitas, banc cum Satan excusso aut depravato verbo excitavit, nihil ei non facile est. Et p. 47. Radix igitur & fons peccati est incredulitas, & aversio à Deo, sicut è contra fons justitiae & radix, est fides.

2. Quæ sententia probatur 1. ex materia hujus sede Gen. 3. v. 3. 4. unde sic colligimus. Quæ prius discedit à verbo, illud partim additione, partim detractione depravando: Illa primum infidelis & incredula extitit. At Eva prius discedit à verbo, illudq; partim additione, partim detrac-tione depravat. E. &c. Minor probatur è textu: dixerat Jebo-va de fructu verito לֹא תֵאכַל ne comedas. Eva insuper ad-dit, quasi etiam tactum arboris prohibuerit. Ita enim Satanam לא תֵאכַל מִكְנָה וְלֹא תֵבֶשׂ בָּזָן alloquitur, quod Deus dixerit non comedatis ex ea, nec tangatis eam. Deinde comminatio
Jehova

Jebova purè erat categorica, omnem excludens dubitationem.
Quocunq; die comederi ex ligno מות חם moriendo morieris, id est certissimè & omnino morieris vi proprietatis linguae, quam vide apud Buxtorf. in Thesaur. p. 436. Evæ comminationis repetitio est dubitativa חם חם ne forte moriamini. 2. A fidei justificantis indole. Quæ se habent ut pugnantia & directè opposita. Illa subsistere simul nequeunt. Fides seu fiducia in Deum, & superbia adversus eundem, habant se ut pugnantia. E. &c. omnis enim qui natus est ex Deo (id est, qui in Deum fiduciam habet) peccatum (quale etiam est superbia contumax) non committit, quoniam semen illius in eo manet καὶ δύναται ἀμερότερον, eo quod ex Deo natus est, I. Joh. 3. v. 9. Fuit ergo ἐν τῷ ἀδυνάτῳ, fiduciam in Deum retinere, & adversus Deum superbire. protoplasti igitur antequam superbirent, infidèles extiterunt, id est à verbo manifesto ad mendacium, ejusq; patrem, Joh. 8. v. 44. conversi sunt. Et quemadmodum origo conversionis post lapsum, fidei ceu organo apprehendenti semen promissum ascribitur: ita origo aversionis incredulitati rectissimè tribuitur. Et quomodo quoq; primi nostri parentes, comminationem Jebova & severissimam, mortis & aeterna ac temporalis interminatio- ne factam, probeq; ab ipsis; utpote in statu integratatis constitutis, intellectam floccifacere, ac Dei mandato anteponere potuissent, si fiduciam in Deum salvam illesamq; retinuissent.

3. Sententiam hanc impugnat Bellarm. lib. 4. de Amis. Grat. & stat. peccat. cap. 4. quando disertis verbis inquit: primum peccatum primorum parentum fuisse superbiā. Quam assertionem probat tribus scripture locis, que ad veritatis lācem jam appendemus.

4. Priusquam autem id faciamus, cure premium erit, quid in controversiam non veniat, paucissimis prelibare. ob-

B servan-

serendum iraq; in bujus quaſtionis deſcione non queri de-
vitiosiſ attibus peccatum protoplastorum conſummatibus (hos
enim ſi quis recte eſtimaverit, omnia deſcalogi precepta varijs
modis eſſe violata deprebendet, atq; ſic ſuperbiā ſimul con-
curriſſe non inficiamur. vide Meilner. p. m. Disp. 4. Arq.
Quæſt. 3.) ſed de ordine actuum iurōꝝ. Quamvis enim
uno peccandi actu continuo, actus iſtū vitioſi concurrerint; or-
dinem tamen inter illos fuifſe certum eſt. Unus ergo omnium
primus, actuum vitioſorum extitit, quem reliqui ſubſecuti
ſunt. Illum infidelitatem fuifſe nos, freti rationibus ſupra-
poſitiſ, concludimus.

5. Bellar. a. cum ſcholaſticis ſuperbiā fuifſe probare ſatagit.
primò ex Syr. IO. v. 15. Si initium omnis peccati eſt ſuperbia. E.
etiā peccati primorum parēcum initium erit. At prius eſt. E.
Et c. R. i. nondum probatum eſt, textum citatū de peccato primo
agere. Nam quod vulgatus interpres ait: initium omnis
peccati eſt ſuperbia, id fontibus repugnat, in quibus parti-
cula Universalis omnis: non reperitur, ſed ſimpliciter dici-
tur ὅτι ἀρχὴ ἀμερίας θεοφανία. Dicimus ergo, Syracidem
affecta ſuperbia indicare, quod ſcil. ex illa, tanquam fonte
venenato, poſt hominis corruptionem, malis caturiant rivulis.
Quis verò hinc inferet, ſuperbiā in peccato τέθωνται
primam actuum vitioſorum extiſſe? 2. versus antecedens, à
Bellar. quoq; allegatus ſententia Adversariorum repugnat.
Ita enim legunt Bellar. Et vulgatus interpres: initium ſuper-
bia eſt apostatare à Deo. Apoſtola autem quid aliud eſt, niſi
ipsa ἀπείθεια Et infidelitas conf. I. Tim. 4. v. 1. 2. Th. 2. v. 3.
Infidelitas itaq; ſeu ἀπείθεια praeedit ſuperbiā, ut cauſa effe-
ctum, Et fons rivulum. Unde ſequitur τέθωνται prius
fuifſe apostatas, ex qua poſtmodum apostasiā, ſuperbiā ſcatu-
riginem duxerit. Secundò ex Tob. 4, v. 14. pro Bellarm.
tale.

tales formari potest argumentum. In quo initium sumpſe
omnis perditio: Illud primum fuit peccatum. At in super-
biā initium sumpſit omnis perditio. Ergo. Resp. Commissum
esse elencum falsae translationis; in textu enim Greco dicitur
ἐν τῷ Τομηφανε ἀπώλεια, in superbiā perditio. Ostendit-
tur itaq; superbiā pro ratione substrata materia actualis, effe-
ctus vitiōſissimus, quo Tobias senior, juniorem ab animi elati-
one debortatur. Non autem actus primus vitiōsus, peccate
primi primorum parentum indicatur. A positione autem
effectus superbiā actualis, ad positionem actuum in πρω-
ταδάσαν peccato ἀναγέθως concluditur. Tertio ex
Rom. 5. v. 19. ita colligit. Inobedientia est primum pecca-
tum. Inobedientia est actus primus superbia. E. quoddam
quod est actus primus superbia est primum peccatum. Resp.
vocem inobedientiae, non referri ad ordinem actuum vicio-
rum, de quo tamen questione est; sed ad totam protoplastorum
transgressionem externo facto consummatam. Quod vox
obedientiae huic è diametro opposita, arguit. Sicut enim o-
bedientia Christi non notat primum actum, sed omne id, quic-
quid agendo Christus fecit, ac patiendo pertulit. Ita inobe-
dientia omne id notat, quo Adamus felicitate primi status ex-
cudit. Quod si resolvatur in partes, primos parentes ad de-
fectionem primum à verbo fuisse sollicitatos, deprehendimus.
videatur ratio nostra sententia prima. Connotari verò voce
inobedientie superbiam, ut & alia peccata Decalogo prohibita,
utraq; manu largimur. Primum autem, peccati primi actum
præcisè indicari διατόπως negamus. Quod tamen, si Bel-
lar. operose obtinere contenderet, non nobis sed sibi meti ipsi ad-
versaretur. Quia primum gradum superbiae, ait, esse: nolle
subjici imperio & præceptis alterius. Id autem quid aliud est,
nisi esse infidelem & incredulum, à verbis Dei discedere, &c.

B 2

Quod

Quod Evans prius fecisse, jam antè nos probasse confidimus.

QUESTIO IV.

Quid primi parentes enormiter legem Dei transgrediendo, amiserint?

1. Questio hæc plus in recessu videtur habere, quam cuivis forsan in fronte appareat. Ideo quid primi parentes transgressione sua perdiderint penitus, considerandum est. Scholastici Doctores hisq; consentiens Bellar. supernaturale fuisse donum, quod primus homo creatione accepit, ac postea à Diabolo persuasus amisit, asseverant. Luth. in comment. cap. 3. Gen. in bac quest. Scholasticorum producit simile, à formosâ puellâ coronâ ornatâ, desumptum. Corona certè non est pars naturæ virginis, sed quoddam separatum à natura, quod ab extra accedit, & sine violatione naturæ potest iterum adimi. Hac Luth.

2. Quæsententia periculosisima est, & magnorum errorum causam præbet. Si enim rectitudo illa primeva supernaturalis fuit, illà demptâ, supernaturalia mansere integrâ. Unde dicente Luth. p. 48. annon frustra est, mittere redemptorem Christum, cum justitia originalis, tanquam aliena res à natura nostra ablata est, & integra naturalia manent? Quid potest indignius Theologo dici.

3. Confirmata ideo, primò, nostra sententiâ, brevem adversæ partis argumentorum nobis oppositorum considerationem attexemus. Quod ergo justitia originalis, quam primus homo creatione accepit, fuerit ei in integratatis statu naturalis & concreata, probatur I. Ab hominis ad imaginem Dei creatione. Quicquid pertinet ad hominis creationem,
id illæ

id illi naturale, concreatum & intrinsecum est. Imago Dei
seu justitia originalis pertinet ad hominis creationem. E. &c.
Majorem roboret experientia & aliarum specierum inductio.
Experientia quidem, que docet, naturam hominis ex prima
creatione estimandam esse. Unde enim queso, naturam ho-
minis, aliq[ue] naturalia, nisi ex prima creatione, tanquam u-
nica Cynosurâ, censeremus? Inductio à reliquis animantibus
desumi potest. Quis putabit, aut dicet, hominem deterioris
esse conditionis ac reliqua sunt creature, quibus quicquid con-
creatum est, id omne naturale dicimus? Cur de solo homine
creatuarum omnium nobilissimo id negaretur? Minoris
certitudo colligitur ex Gen. 1. v. 27. Eccles. 7. v. 30. Eph. 4.
v. 24. 2. à naturali propagatione. omne hereditarium, ^{ad}
quod Carnali & naturali propagatione in posteros diffundit-
tur, naturale est. Quale enim principium, tale principia-
tum. Justitia originalis hereditaria, ac Carnali propaga-
tione in posteros (si in statu integratatis homo persistisset) pro-
pagata fuisset. E. Major illustrari potest à contrario. Quem-
admodum enim, quia in peccatis concipimur, & trahimus, ut
loquitur Luth. dicto comment. p. 48. ex ipsâ natura semi-
nis, ignorantiam Dei, securitatem, incredulitatem, odium
erga Deum, inobedientiam, impatientiam & similia gravis-
sima vitia, naturâ dicimus filij iræ Ephes. 2. v. 3. ob eandem
causam justitia originalis homini naturalis concreata & in-
trinsecas fuit. Minorem ipse Bellar. loco supra citato admittit.

4. Antequam autem ad contraria sententia refuta-
tionem nos accingamus, notandum i. non controverti inter
nos & pontificios, num me in primo homine dona fuerint su-
pernaturalia. Nam quod Bellar. c. 1. de Grat. primi hominis
ait: Lutheranos nulla dona supernaturalia in primo homine
fuisse, contendere: id veritati minime consonum. Non enim

denegamus Adamo dona supernatura, ut totius adoranda
Et veneranda Trinitatis inhabitationem Et c. at justitiam
originalis classi illorum donorum annumerandam, infici-
atur.

5. Deinde vocabuli: naturæ seu naturalis ambiguitas
evolvenda. Nam in questione bac naturale non dicitur, quod
est pars naturæ, ut corpus Et anima? aut quod fluit à naturæ
principijs, ut facultates animæ intelligendi, volendi, sentien-
di: sed naturale dicitur, quod naturæ arctissimè inheret,
eamq; exornat ac perficit, Et naturaliter propagatur.

His ita præmissis argumenta contraria Bellar. resolve-
mus. 1. desumitur ex Gen. 3. v. 19. qui natura pulvis est, ille
solum supernatura habet dona. At protoplasti nostri na-
tura pulvis erant. E. Et c. Resp. confundere argumentum
originem corporis, cum conditione totius hominis, ac precipue
anima. Corpus in se, quatenus ex terrâ formatum, utiq; ra-
tione originis pulvis erat. At totus homo, ob justitiam origi-
nalem anime, tanquam primario subjecto, naturaliter attri-
butam, non erat pulvis. Quia sequela, inquit Meisn. p.
m. in resolut. hujus argumenti disp. 2. Avthor. Q. I. corpus A-
dam ex pulvere formatum est. Ergo justitia anime naturalis
non fuit. Major itaq; ita limitanda: qui secundum o-
mnes sui partes pulvis est, ille non habet concretam Et natu-
ralem justitiam originalem. Jam subsumptio erit falsa.
2. Ex Psal. 5. v. 8. Si prophetam miratur, hominem, ad tan-
tam excellentiam esse evectum, dignitas illa erit aliquid su-
pernaturale. Naturale enim si fuisset, quid admiratione
opus? verba Bellarm. hac sunt: miratur propheta hominem
fere angelis esse equatum, quasi dicere vellet, hominem natus
ra sua corporatum, mortalem, animalium ceterorum affecti-
bus obnoxium, ad eam gloriam evectum, ut parum omnino ab
ange-

angelis abesset. Resp. frustrà Bellar. in loco hoc urgendo defu-
dat, cum non de Adamo primo, sed secundo sit accipiendus. Id
probat 1. appellatio שׁנִי que hominem notat, non integrum
aut sanum, qualis Adam erat, sed agrum conf. Psal. 9. v. ult.
Job. 9. v. 1. 2. De quo Psalmus agit, illi omnia manuum
Dei opera subiiciuntur. Quod itidem Adamo primo male tri-
buitur. vide Psal. 115. v. 6. quia manum Dei opera, ut ex
v. 4. videre est, lunam ac stellas includunt. Quis autem
dixerit Adamum Lunæ ac stellis dominatum fuisse? 3. Homo
de quo quæstio in allegato Psalmo, dicitur coronatus, ergo an-
te certavit: non nisi certanti, pulchra corona datur 2. Tim.
2. v. 5. Id vero Adamo primo in innocentie statu posito, quo-
modo tribueretur? 4. constans ipsius Christi & Apostolica
in N. T. allegatio Psalmum de Adamo secundo, exponit. vide
Matth. 21. v. 16. 1. Cor. 15. v. 27. Hebr. 2. v. 6. 3. ex Psal.
48. v. 21. Quicquid assimilatur honori & gloria, illud est
aliquid extrinsecum. At justitia Originalis in loco citato
assimilatur honori & gloria. E. &c. Resp. tum major, tum
minor indigent probatione. Honor consideratus ratione fun-
damenti, non notat aliquid extrinsecum. Quod ipsius Dei
exemplo patet, cui scriptura hinc inde tribuit honorem &
gloriam Matth. 6. v. 13. 1. Tim. 6. v. 16. Apoc. 5. vers. 15.
numne aliquid extrinsecam ipsi assignat? anne potius maje-
statem & perfectionem internam illi tribuit? Ideo non statim
valet illatio: quicquid assimilatur honori, illud est aliquid
extrinsecum. Deinde, non dum probatum est, allegatum
Psalmum de homine in statu naturæ institutæ considerato, in-
telligendum esse. Si antecedentia, & scopum ipsum atten-
dimus, Psalmum de cœcitate impiorum, mortem & finem
suum non considerantium agere deprehendemus. vide v. 6. 7.
13. 15. 17. 18. 4. ex Syr. 17. v. 2. indumentum est aliquid
extra n-

extrinsecum & superadditum. *Justitia originalis* est indu-
mentum. E. &c. Resp. in argumento esse quatuor terminos;
aliter enim vox indumenti sumitur in Majore, ac aliter in
Minore. Observandum itaq; voces indumenti, vestiendi &
similes &c, vel sumi propriè vel Metaphoricè. propriè sum-
ptæ notant aliquid superadditum, Matth. 6. v. 31. Luc. 15.
v. 22. Metaphoricè vero acceptæ, non semper id notant, homi-
ni quod est extrinsecum. Unde Maxima nata est: vesti-
endi, indumenti &c, vocabula Metaphoricè accepta rem
plerumq; internam notant. vide Psal. 104. v. 1. Job. 10. v. II.
Matth. 6. v. 30. Et conferri potest locus ex epistola Judæ
v. 23. Ad locum scriptura Bellar. quintum & ultimum
Luc. 10. v. 30. Resp. breviissimè: parabolas extra instituta
collationis scopum non esse torquendas & extendendas. Quo-
tiescunq; verò id sit, tunc militat Regula Theologica. Theo-
logia parabolica, non est argumentativa. Scopus itaq; Cbri-
sti non est Adami lapsus, loco citato, explicare, sed doctrinā de
quovis proximo, opera nostra indigente, illustrare, ac cbarita-
tis officium explicare conf. v. 29. cum 36. 37. Rationes Bel-
lar. reliquas, brevitatis studio ipsi συλλογήσει reservabimus.

Quæstio V.

An protoplasti nostri sibi tantum; an
vero toti generi humano, dona illa de quibus
quæstione antecedente dictum, amise-
rint?

1. In hac questione si rationem humanam consuluerimus,
absurdum esse videtur, peccatum Adami toti posteritati no-
scere. Unde Moderni Photin. peccatum originale penitus ne-
gant, idq; cum ratione manifestè pugnare contendunt, cum
uniue

unius peccati, Adam scil. tanta esse vis nequeat. Unde So-
cinus inquit: Tertium errorem ejusmodi generis statuo, quod
omnino Evangelici docent, hominis ad peccandum pronita-
tem, ex illo primo, primi hominis peccato profectam esse.

2. At, quod non erronea sit, sed scripture tabulis compre-
hensa sententia; lapsus scil. Adamico peccatum introductum,
& naturam omnium hominum esse corruptam probatur. 1. ex
Gen. 3. v. 15. omne quod per conculationem serpentis infer-
nalis ab Adamo & posteris est ablatum, id fuit lapsus Adami-
tici consequens. At peccatum &c. per conculationem serpen-
tis infernalis ab Adamo & posteris est ablatum Joh. 1. v. 29.
1. Joh. 2. v. 2. c. 3. v. 8. E. Major indestabilitur, quod hunc
in finem, semen benedictum promittatur, ut ab illis miserijs
in quas Diaboli invidiâ incideramus, liberaremur. Quod e-
nim in Adamo amisimus, in Christo recuperavimus.
2. Ab expresso Apostoli testimonio, eoz gemino 1. ex Röm.
5. v. 12. per quem introit peccatum in mundum, per illum in-
troit simul corruptio originalis. At per Adamum introit pec-
catum in mundum. E. vel ex v. 19. per quem constituimur
peccatores, per illum corrumpimur. At per inobedientiam u-
nius hominis constituimur peccatores. E. &c. 2. ex I. Cor. 15.
v. 27. per quem morimur, per illum corrumpimur. At per A-
damum morimur. E. per illum corrumpimur.

3. Ad φλυαζοες Photinianorum varias ac multiplices eò
felicius profligandas notandum 1. Adamum in praesenti nego-
tio, nō considerari ut individuum & personam singularem, sed
ut totius humani generis stirpes, originem & communem pa-
rentem, qui dona non pro se solum, sed & pro totâ posteritate
acepit. Ideo propriâ culpâ, perdens dona, non ille solus, sed
cum eo simul, totum genus humanum, ijsdem est privatus. 2.
discrimen peccati observandum, quando aliud dicitur perso-
nale

C

nale

male & singularē, seu peccatum individui. Aliud vero natūrale & universale, seu peccatum speciei. De prioris generis peccato verum est: Filius (obediens & pius) non portabit iniquitatem patris. De secundo vero inquit Apostolus, 1. Cor. 15. v. 49. gestavimus imaginem terreni Adami. Id autem non alia ratione factum est, quam quæ Gen. 5. v. 3. exprimitur, quod Adam genuerit filium, ad imaginem & similitudinem suam; lapsus scil. contractam, peccato pollutam, ac diuinæ oppositam. Pura de hac questione legi possunt apud D. Meis. p. m. in considerat. Theol. Phot. p. 683. & seqq.

Quæstio VI.

Cur Deus lapsum non impediverit: aut præceptum aliud servatu facilius dederit?

1. *Quæstio proposita bimembribus est.* Primum quod attinet membrum, statuere non veremur, Deum lapsum Adamiticum, quantum satis erat, impedivisse. Id i. expresse sub mortis comminatione, ne fructu vetito vesceretur interdicendo. Interdictum ita sonat: de fructu arboris scientie boni & mali ne comedas, quo die comederis ex eo, utiq. moriturus es. 2. Sufficientissimis viribus hominem contra uerō Xviii Diabolum instruendo, ut, quod præstare jussus erat, citra ullam difficultatem, modo voluisse, expeditum dare potuisse. Si enim nunc in statu corrupto, possumus & debemus, Dei auxilio, Diabolo resistere, 1. Pet. 5. v. 9. Multo magis id Adam viribus sufficientibus creatione instructus, efficere valuisse.

2. In quis, cur Deus violentè & externā quapiam retrahione Eva manus à fructu vetiti. eū non removit, aut alio modo, quod facile potuisse, facultatem motricem, impedivit, sicut in alio negotio factum esse legimus i. Reg. 13. v. 4. Resp. licet id factum fuisset, nihil tamen minus, peccatum commit-

ti per

zi potuisset. Non enim statuendum, externum solummodo fra-
etus esum prohibitum; sed & internum inordinatum appeti-
tum, & concupiscentiam interdictam fuisse, ex scripturâ ma-
nifestum est. Quod ergo Christus inquit Matt. 5. v. 28. qui a-
spexerit uxorem alterius, ad concupiscendam illam, jam adul-
terium cum ea commisit in corde suo. Idem de peccate primo,
externo nondum opere consummato rectissimè dicitur; Evam
scil. videntem fructum arboris, quod pulcer esset, & gratissi-
mus oculis, jam tum in corde contra Dei praeceptum deliquis-
se. Quomodo itaq. externâ manus cibitione peccatum im-
pediri potuisset? Deinde quemadmodum Deus hodie in novi-
tate spiritus, id est spontaneo, & non invenustate literæ, id est
coacto & invito animo, cultum sibi prestari vult Rom. 7. v. 6.
oblationes enim populi Iehova sunt voluntariae, Psal. 110. v. 3.
ita Deus in illo imprimis statu id flagitavit, quo omnia erant
perfectissima. 3. Ad alterum membrū responsio expedita est;
vix scil. occurrere praeceptum servatu facilius. Nam in tantâ
selectissimarum arborum copia & varietate; tum & virium
humanarum exactissimâ integritate, quid possibilius ac fa-
cilius, quam ab unius arboris esu abstinere? Et licet Deus a-
liud praeceptum dedisset; idem tamen humana curiositas ob-
jectasset, que ut compescatur ac frenetur, capistrum adhiben-
dum Apostolicum, ex Rom. 9. v. 20. Tu quis es ò homo, qui ex
adverso responses Deo. Nos questionem hanc, hac vice conclu-
dentes, in verbo patefacto humiliter acquiescimus, & ex ani-
mo Deo Trinuni gratias agimus, quod ad imaginem sui nos
miseros homunciones condere dignatus est, cumq; nostra culpa
dignitate illâ primevâ excideramus, semen mulieris caput in-
fernalis serpentis quod contereret promittere, ac in temporis
plenitudine mittere ex merâ gratiâ voluit. Quæ viscera
misericordia dum piè nobiscum expendimus, ex Apoc. 5. v. 13.

doξόλε-

δοξολογίας repetimus, dicentes: sedenti in Throno & agno
benedictio & honor & gloria & potestat in secula seculo-
rum, Amen.

Sap. 2. v. 23.


O Ιησος εκλιπε τὸν ἀνθρωπὸν ἔπι αὐθαρσίᾳ καὶ ἐπέντα τῆς ἡδίας
ἰδίοτητι επιδημεῖ ἀντὸν. Φθόνῳ δὲ Διαβόλῳ θάνατοι εἰσῆλ-
θεν εἰς τὸν κόσμον.

Viro praestantissimo & literatissimo,


Dn. GERHARDO - HERMANNO UPHOVIO,
de Lapsu protoplastorum ex cap. 3. Genes. & quæstio-
nibus inde natis, publicè disputaturo gratulatur.

Julius homo productus erat, sine crimine rectus,
Irradiansq; DEI & cognitione sui.
Sanctus erat totus, non morti obnoxius ulli:
Vera homine in toto flabat imago DEI.
Lurida fatalis fundit sed criminis serpens,
Ignivomo morsu justitiamq; rapit;
Integræ nec Natura manet, ceu virgo corollis
Ab latere; serpit membra per ima malum.
Ipse reus fit mortis homo, aut moriturus in ante:
Se maculat semeni labe malâq; suum.
Unde manet cunctos mors & damnatio; Christus
Quos nisi credentes eripit è tenebris.
Una salus cunctis quaesita; at pectore credunt
Vix pauci Christo, qui caput orbis ovat.
Hec dum Magnifico, Uphovi, sub Praeside nobis
Ostendis gnavus, laude rebendus eris,
Laude; tua eximio quam refert Musa labore, &
Ad Cathedram, pullos ceu philomela, parat.
Maete animo, Uphovi, stadium decurre decorum:
Ut tandem viator justa brabeia feras.

M. JACOB. Dürfeldt Osn. Westph.



si potuisset. Non enim statuendum, externum
 etus esum prohibitum; sed et internum ino-
 tum, et concupiscentiam interdictam fuisse
 nifestum est. Quod ergo Christus inquit Ma-
 spexerit uxorem alterius, ad concupiscen-
 terium cum ea commisit in corde suo. Idem
 ex terio nondum opere consummato rectissim
 scil. videntem fructum arboris, quod pulcer
 mus oculis, jam tum in corde contra Dei pr-
 se. Quomodo itaque externa manus cobibita
 pediri potuisset? Deinde quemadmodum Di-
 tate spiritus, id est spontaneo, et non inventu-
 coacto et invito animo, cultum sibi prestar.
 oblationes enim populi Iehova sunt volunt
 ita Deus in illo imprimis statu id flagitavi
 perfectissima. 3. Ad alterum membrum res-
 vix scil. occurrere praeceptum servatu faci-
 selectissimarum arborum copiam et varietatem
 humanarum exactissimam integritatem, qui
 cilius, quam ab unius arboris esu abstinere
 liud praeceptum dedisset; idem tamen bur-
 jecto affit, que ut compescatur ac frenetur,
 dum Apostolicum, ex Rom. 9. v. 20. Tu qui
 adverso responses Deo. Nos questionem han-
 dentes, in verbo patefacto humiliter acqui-
 mo Deo Trinuni gratias agimus, quod a
 misello homunciones condere dignatus est,
 dignitate illa primaeva excideramus, semen
 fernalis serpentis quod contereret promittit
 plenitudine mittere ex merita gratia volu-
 misericordia dum pie nobiscum expendim.



fris-
 peti-
 ma-
 uia-
 dul-
 imo,
 van-
 tisi-
 quis-
 i im-
 novi-
 id est
 . v. 6.
 . v. 3.
 erant
 a est;
 ranta
 rium
 se fa-
 eus a-
 us ob-
 iben-
 qui ex-
 inclu-
 x ani-
 si nos
 culpa
 ut in-
 poris
 cera-
 . v. 13.
 oξολο.